

**IN MEMORIAM**  
**CONFESSIONIS AUGUSTANAE**

**1530 / 1930**

48

Okt

1930



*Credo Ecclesiam 1930*

## Reverendissime!

Has septuagenario tibi symbolas cum offerimus, petimus a te ut a doctore ecclesiae nostrae ut quod exhibent testimonium unanimittatis et conspirationis eorum qui in eis scripserunt de sancta ecclesia, id fructum et vitae et operis tui esse existimes.

Offerentes non solum petimus sed etiam gratias agimus quod ecclesiam per quinque lustra episcopali officio fulsisti et rexisti. Namque tu hanc aetatem quae nunc exoritur in ecclesia Germanorum evangelica et venturam esse praesensisti et ut exoriatur in primis operam navans dux extitisti quem sequeremur. Etenim non minus religiose fidei vere reformatoriae addictus es quam praesentia nullis preiudiciis devinctus penitus perspexisti. Unde intelligis quid hoc ipso tempore Dominus ecclesiae ut fieret mandaverit suis et ipse in prima acie dimicas. Quo magis dolemus quod brevi ministerium gregis christiani depones. Sed Deo gratias agimus quod te in ecclesiam suam misit et speramus te hoc onere levatum quod tamdiu sustinuisti, non minus posthac ut ducem atque adiutorem nobis praesto futurum esse ita ut ecclesia renovetur repraesentetur reviviscat.

Sed quippe experti auctoritatis tuae vi has symbolas conferimus non solum potestati officii tui sed etiam cordis tui caritati ita ut toto homini cuius sit venerationis testemur. Cum autem in clementi christianorum fraternitate omne donum intercedat apud Deum pro fratre, libellus noster supplicet Deo et invitet vos ad communionem humilis orationis.

Gratia aeterna ad aedificandam domum suam innotescat tam vobis quam nobis voluntatem suam atque Spiritus Sanctus addat munera sua.

Sit nomen Domini benedictum!

Paul Blau	Ludwig Düttemeyer	Hans Ehrenberg	Paul Erfurth
Ludwig Ihmels	Hans Lauerer	Hans Jonas Lindskog	Johannes Müller-Schwefe
Eugen Roenstock	Hermann Sasse	Horst Schirmacher	Simon Schöffel
Jan Rudolph Slotemaker de Bruine	Erich Stange	Karl Winter	

Otto Zänker